Quamvis enim Romana Curia, in hoc cum aliquo rigore procedere soleat, neque sit facilis ad concedendam hanc retentionem illi, qui processu inordinato possessorum spoliavit, ut apud Caval. dec. 529. & 543. apud Carill. dec. 272. in fin. rep. dec. 208. p. 9. rec. & in aliis frequenter; Attamen id recte procedi, ac rationabiliter practicatur, quando nullitas est omnino patens, & inexcusabilis, praestitum ex defectu juris nature ratione omisæ citationis Partis, sive quod creditum sit turbidum, aut quod alias spoliator in mala fide versatus sit; Secus autem ubi creditum sit omnino certum, ac liquidum, atque nullitas judicij, seu processus proveniat potius à quadam scrupulosa subtilitate juris, neque ille, qui Judicis auctoritate possessionem obtinuit, dici valet in mala fide, adeo ut ratio inanis circutus, cum tunc probabilis videatur, ut retentio concedatur, ut quandoque Rota practicavit praesertim in Romana seu Vetusleria affictis, seu restituitionis in integrum 13. Decembris 1659. coram Verospio, & in aliis, ut adveniat in sua materia sub tit. de iudicio; ubi est hujusmodi questionum fedes; In hac vero facti specie, mors debitoris subfultus hujusmodi questiones, aliam vero contra creditoris solidiorum produxit super fideicommissio, eus ratione ejusdem debitoris filii bona vendicare curarunt; Et de quo fideicommissio habetur actum in sua fede sub tit. de iudicio, dec. 47.

## ANNOT. AD DISC. CXII. cum duobus seqq.

**A**gitur in his disputationibus de suspicione fugae, & aseccutione. Ratione Judicij, ad quod videri poterunt deducta sub tit. de judec. 13. in quo agitur de materia aseccutionis, Quo vero ad punctum de quo dicitur 112. num. 6. de actione excedenda per creditorem unde diem vide sub codum titul. de judec. 16. in quo agitur de iudicio præventivo, sub tit. de fidei. dicitur 201.

## INTERAMNEN. PECUNIARIA SEU ROMANA NULLITATIS CAPTURÆ PRO LEONCINIS CUM VALENTIBUS.

Causa disputatus per Rotam pro Leoncinis.

De debitore suspicione de fugae, & quando creditor procedere posse ad executionem de facto, non servato debito, & confuso iurius ordine.

## SUMMARIUM.

- F**acti series cum resolutione.
- Ut debitor posse fugiendi suspensus de fugae, debitum debet esse certum, & liquidum.**
- Clariss id procedit in Urbe ob Constitutione Apostolica.**
- Ablatius abolutus importat conditionem, que debet procedere.**
- As probatio debiti debet procedere antequam debitor iuratur suspicitus, vel sufficiat posterior iustificatio.**
- Sufficit sequens iustificatio, dummodo præcedat iuramentum, quod ita debet esse duplex.**
- Ut posse debitor iurari suspicitus, debet suspicatio supervenire posse contradictionem.**
- Non datur mandatum suspicione fugae contra possidentem bona stabilitatem.**
- An illa debetiam haberi in loco iudicij.**
- De eodem, ac de distinctione inter cumdem, ac diversum Principatum.**
- De eadem distinctione, & quomodo debet practicari.**
- An Iudec incompetens posse dare hoc mandatum, sic etiam alio modo pendas.**
- De codem.**
- Quoniam hæc materia decidi debeat.**
- Declaratur conclusio, de qua nu. 7.**
- An malus captus bene retineatur.**

## DISC. CXIII.

**O**bteudo per fratres de Valentibus mandato suspicione fugae a Cura Gubernatoris, contra fratres de Leoncinis negotiatorum Interamnen, casualliter in Urbe morantes, ibique carceratos, introductaque per appellationem causa in Rota coram Alberg. datoque dubio, an d. mandatum, & captura subfinetur sub tit. 11. Decembris 1651. negativa procedit resolutio, quæ habetur impress. apud Scannar. de visit. carcer. dec. ult. seuc. 23 in append. neque, quod sciam, causa ulteriore progressum habuit.

Card. de Luca Lib. VIII.

Scribens ego pro Leoncinis, plura deducebam fundamenta ad hujusmodi nullitatem probandam per Rot. admissa in d. dec. que in hac materia circumferri videtur tandem magistralis; Primo scil. quoniam non contabat de credito liquido, sed porci illud prætendebatur, nedum illiquidum, sed nimium turbidum, ac sub lute coram A.G. Et tamen attentis etiam terminis generalibus juris communis, istud est unum de requisitis essentialibus, ut debitor de fuga suscepimus allegari valcat, arque de facto apprehendi non citatus, non prævio confundere ordinem judicario, ut firmant Bald. & Salv. in l. aperiuntur C. de judec. & aliis communiter relata apud Roman. cons. 5. n. 1. & 1. 3. Rot. dec. 490. nu. 5. p. 1. rec. apud Buratt. dec. 351. nu. 1. & 643. nu. 5. Octob. dec. 205. n. 5. & 6. cum aliis in dec.

Multò vero magis in Curia, ubi ultra dictam dispositio- nem juris communis, habetur Confit. 71. Pauli V. super reformatione Tribunalium, impresa etiam in praxi Ridolph. & apud Fenzon. ad stat. & apud Scanar. de visit. per quam in rubr. de judec. in causa crivel. 5. 1. 6. per ablatum abfolatum 3 (qui conditionem importat) disponitur, ut hujusmodi manu non concedantur, nisi confito de credito; Cum enim (ut dictum est) ablatius abfolitus formalem condicionem importet; Hinc proinde sequitur, ut debet prius impliri iuxta regularem conditionis naturam, arque habemus quorundam occasione claudatulum partitum iudicato; Sive refutis expensi; Aut purgatis attentatis, ac similibus de quibus in sua materia sub tit. de judec. & aliis.

Licet enim sub questione fit inter DD. super modo dictæ probationis, ac liquidationis, an scil. ea de forma praefixa procedere debet, ut ex præmissis ego probabam; Vel sufficiat quod subsequatur iuxta opinionem, quam Scribentes pro altera parte dicebant in praxi de facto magis receptam esse, ex eo probabili fundamento, quod sepius non habentur pro manibus instrumenta, vel alia iustificationes crediti, atque interius periculum est in mora, dum debitor suspicitus, fugam arripere potest; Et quam opinionem (reflectendo ad veritatem) in hac parte, ego admittebam esse verioram, quodque dicti Scribentes bene dicere; Attamen (eodem leni veritatis retento) dicebant id recte procedere, quatenus præcedat super cre- ditæ veritatis creditoris iuramentum, ut ceteris relatis habeatur apud Buratt. d. dec. 531. & in bac dec. Ideoque ubi dicta crediti iustificatio non habetur de tempore, quo debitor suspicetus iuratur, tunc duplex iuramentum procedere debet; Unum scil. acti connaturale, ac semper necessarium, etiam ubi dicta probatio praeficeretur, quod habeat debitor de fugae suspicione; Et secundum super crediti veritate, super quæ tamen post executionem probatio subfletetur debet, hæc autem dupliciter in praesenti cessat.

Alter erat defectus substantialis non iustificationis, vel fatidem non bene præstis iuramenti, quod debitor statum in detersus immutaverit post contractum debitu, quoniam si eadem sit conditio nunc, qualis erat tunc, tali casu, imputandum est creditori, cur contraxerit cum persona suspicita, seu minus tua, ideoque cum ejus fidem (cum eo contrahendo) approbaverit, ad hujusmodi iuramentum admittit non debet iuxta theorican Ang. in l. si arbitrio 5. qui ex causa nu. 2. ff. qui atsil dicuntur, quam sequuntur communiter DD. apud Grat. d. dec. 785. n. 13. cum seqq. Thom. dec. 8. 5. n. 3. & 4. Rot. d. dec. 490. n. 5. p. 1. rec. apud Peniam dec. 1164. n. 4. Buratt. d. dec. 531. n. 5. cum seqq. & dec. 908. n. 8. Et posita dictum sicut in Bonon. pecunaria 1. Martii 1666. coram Bevilacqua.

Tertius magis substantialis defectus consistebat in eo, quod non solum creditoris non iustificaverant, minusque ex post iustificabant, quod debitores non possiderent bona stabilitatem, ut tamen de jure communis (ut apud supra allegatos, & alios de quibus infra, quam clariss ex dicta Confit. Pauli V. super reformatione Tribunalium, est præcisè necessarium) sed potius ex hac parte iustificabatur contrarium, quod ipsi in propria patria plura possiderent bona stabilitas notabilis valoris, enunciata etiam dicitur prec.

Super hoc autem fuit major disputatio, quoniam Scribentes pro creditoribus (docti quidem, arque Advocati primi nominis, cum tunc ego esse of junioribus) dicebant sufficere, quod non possiderent bona in loco, in quo mandatum relaxatur, ac appræhenditur ex auctoritate Bald. conf. 31. v. 4. l. 5. Et sic quod sufficere, ut siudum requisitum justificaretur in Urbe; Assignata ratione, quod non tenetur creditor inquirere per totum mundum, an debitor possidat bona stabilitas, necn.

M Veruna

Verum (in sensu etiam veritatis) dicebam, quod dicta doctrina esset in suo casu vera, male tamen applicabatur ad factum; Procedit etenim, ubi debitor possideret bona in diverso Principatu, dum Bald. procedit cum doctrina Bart. in l. fin. C. de prim. agent. ubi exemplificat in convenio Perusii, qui habent bona in Civitate Senarum; Atque ita respondendo ad d. cons. Bald. five illud explicando ex eodem Bald. cons. 285. l. i. advertitur per Rot. dec. 479. part. 1. rec. numer. 30. & 31.

Secus autem, ubi debitor possidat bona in eodem Principatu, præterim autem in foro suo, quoniam si caufaliter in alio loco reperiatur, magnus absurdum esset, ut ibi, utpote non possidens bona stabili, tanquam suspensus fuga appendi posset, dum ita quilibet in propria patria diffundis, accedendo de loco ad locum, huic mali caput, bene retineatur, de qua ex Caccialup. & aliis, 16 Cornaz. dec. 2. n. 18. & seqg. Rot. dec. 151. n. 5. p. 2. div. & dec. 742. n. 25. & seqg. p. rec. tom. 3. cum refutacione non sit Judicis arbitrium, ex justa causa quandoque interponendum, retinere huiusmodi carceratos tanquam de fuga suspectos, quamvis de stricta juris censura, mandatum esset male relaxatum, idemque defuper certa regula generalis non cadit, sed decisio pendet ex facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis, pro Judicis prudenti, bene que regulato arbitrio penfandis.

Ei bened verum, quod utrumque assumptum est, de proprio, vel respectu diverso Principatu, discrete intelligendum est pro facti qualitate, inspiciendo quomodo debitum contractum sit; Si enim agitur (ex gr. debito contractu in Urbe, ubi etiam definita sit soluto, adeo creditor sequitur fieri fidem incolae, seu domiciliari Urbis, tunc si habetur suspicio, quod debitor sit deficetus, non curatur an possidat bona stabili in propria patria, quamvis in ea eundem Statum Ecclesiasticum esset, quoniam iste casu creditor non sequitur fidem illius tanquam de tali loco, talique esti præcis. Secus autem ubi (ut in prætesti) creditus contraxerat in eius patria, vel domicilio, ubi bona habebat,

Prout diversitas Principatus, cum eadem discretione intelligenda est pro facti qualitate, quoniam esset alias dare magnum absurdum, ut quod recreatio, vel negotiorum gratia, de una Civitate, vel Provincia ad alteram accideret, quamvis in patria sit illius, ita posset de facto arrestari, atque hanc injuriam pati, quod non sit dicendum, sibi reperiatur, quia profugus a patria transiit sacer, ut latitaret, atque creditoris fraudaret, verisimiliter non reveratur, cum alias esse maximum inconveniens.

Quarum erat substantialis attentatorum, quoniam inter has partes super credito lis pendebat coram A.C., a quo licet relaxatum fuisset mandatum executivum, attamen postmodum concessa fuerat supercessoria, idemque non poterat creditor citra virtutem attentatorum adire Curiam Gubernatori, per quam istud mandatum supliciosum fuge relaxatum fuerat, ut in specie apud Bald. dec. 285. num. 1. l. 1. Roland. conf. 66. num. 2. l. 3. Grat. d. decipt. 875. num. 1. c. 1. seqg. Thomat. d. dec. 85. num. 24. & dec. 110. num. 13. Rot. dec. 478. num. 3. & 4. part. 1. rec. & apud Cell. dicta dec. 361. num. 7.

Et quoniam Scribentes in contrarium, in eo insisterent, ut regula, quod pendente lite coram uno Judge, alter alter non possit, procedat alii actibus judicialibus ordinariis, non autem in hoc mandato supliciosum fuga, quod per quemcumque Judge, non obstante lite coram alio, relaxari pareat, in id allegando Caccialup. de debitor. sup. de fug. quest. 4. n. 4. ac aliis apud Grat. d. decipt. 875. num. 7. & 8. & Rot. dec. 742. num. 4. & seqg. p. rec. tom. 3. ubi in iespe ita respondebat ad dictam dec. 478. p. 1. Attamen dictum, quod pariter fallacia confitebat in applicatione;

Procedit etenim, quando ita exigat ratio irreparabilis præjudicii, ac periculi refutantis à mora, ne illicet interim quod oporteat adire Judge competenter, coram quo libenter, debitor fugam arripiat; Secus autem in hac facti specie, quod ita prompte adm. poterat unus, ac alter Judge.

De his omnibus conclusionibus, vel requisitis pro hujusmodi mandantibus supliciosum fuga, nimium frequenter agebatur occasio dediti, præterim in Tribunal A.C. modo scribendo pro creditoribus, & modò pro debitoribus; Omnia enim coincidunt in idem, argu disputationes percutiunt applicationem, quae pendet ex facti qualitate, & circumstantiis ad eum certa, & determinata regula defundi non valeat.

Præterim vero, circa requisitum probandi deterioriationem conditionis post contractum debitum; Advertebam

in facili contingencia, quod illius defectus non attenditur, quoties posset in promptu contra debitorem accipi mandatum executivum, cuius vigore potuisset pariter carcerari, quoniam tunc si idem effectus sequi poterat, conqueri non potest, an eadem carceratio, quæ uno modo sequi poterat, ex altero sequuta sit, ut advertitur dec. 118. post Zanch. de oblig. Cam. & per add. ad Buratt. dec. 531. numer. 9. Quod tamen raro praxis docet quoniam qui habet primum mandatum executivum validum, non de facili ad hoc alii remedium configit.

Item postio credito omnino certo, & liquido, ac potissimum alia circumstancia, quod debitor esset externus, atque diversi Principatus, qui bona non habeat in Statu Ecclesiastico, unde properet evidens remaneat periculum amissionis, tunc obtinui practicari conclusionem, ut maneat caput, bene retineatur, de qua ex Caccialup. & aliis, 16 Cornaz. dec. 2. n. 18. & seqg. Rot. dec. 151. n. 5. p. 2. div. & dec. 742. n. 25. & seqg. p. rec. tom. 3. cum refutacione non sit Judicis arbitrium, ex justa causa quandoque interponendum, retinere huiusmodi carceratos tanquam de fuga suspectos, quamvis de stricta juris censura, mandatum esset male relaxatum, idemque defuper certa regula generalis non cadit, sed decisio pendet ex facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis, pro Judicis prudenti, bene que regulato arbitrio penfandis.

**R O M A N A P A R T I T O R U M**  
PRO ANTONIO FRANCISCO FARSETTO  
CUM HÆREDE HORATII FALCONERII.  
*Casus disputatus in Camera, & resolutus pro Falconerio.*

An prætentus creditor pro credito adhuc illiquid, & litigioso, perere posset a colligante, quem prætentat debitorem, affsecutionem judicii, vel sequestrum bonorum ob mutationem domiciliū lice pendent;

### S U M M A R I U M .

- 1 **F** Acti series cum resolutione.
- 2 **F** Sequestrum est regulariter prohibitum.
- 3 Quandoque tamen ex causa apponi solet, sed quando id procedat.
- 4 Ubi non agitur de sequestro ipsius rei; quae est in lice, sed de credito in actione personali non intrant termini sequestri, sed illi affsecutionis judicii.
- 5 Causa de judicio sibi recepsit ab aula.
- 6 Mandatum suscipientis fuga non datur fine debito liquido.
- 7 Neque ubi conditio debitoris non sit immutata.
- 8 Quid quandoque sequestru, vel affsecutione concedatur ex causa.
- 9 De conclusione, de qua nu. 6.
- 10 Quando dicatur immutata conditio debitoris.

### D I S C . C X I V .

Pendente lite in Camera inter Farsettu, & Falconerium occasione socialis negotii inter eos habiti super partibus initis cum Camera quorundam locorum montium in magna summa 13. centorum millionum fucor, justa feriem de qua sub tit. de camb. dec. 14. Cum ea pendente Farsettu, Veneta nobilitati cooptatus, ad eam Civitatem domiciliū transfulerit; Hinc Falconerius petit in eodem Tribunali Camera, pro judicio affsecutione, sequestri quædam loci montium, quæ in Urbe possidebat Farsettu pro summa fucor. 20.m. ac aliquo a sumpta defuper disputatione, juxta petita prodit resolutio, in alia disputatione ex intervallo habita quoque confirmata.

In his autem disputationibus, scribens ego pro Farsetto dicebam, quod in puncto juris indebita erat petitio, ut potest nulli juridico innixa fumamento; Aut enim ea fierat in ratione sequestri, & itud in iure est regulariter prohibutum, quoniam à sequestro incipendum est, ut rot. 2 tit. C. de probib. sequestri cum concord. per Rot. apud Greg. dec. 9. numer. 2. ubi add. Buratt. dec. 105. & frequentier, cum regula sit certa, limitari solita, ubi agatur de possessione vacua, vel attentata, seu quod ratio scandali nimium ureat, ex deductis in sua materia sub tit. de jud. ac etiam in infinitu sub tit. de benef. dec. 98. ubi de mate- ria sequestri.

Et nihilominus, quando etiam accedat illa causa, ob quam prohibutum non sit interponi Judicis arbitrium pro sequestri appositione juxta firmata in Rom. vinea 24. Aprilis

lis coram Bichio inter ejus impress. dec. 121. ac etiam in Romana ususfructus 28. Junii 1662. coram Bevilacq. & in aliis deduct. per Add. ad Buratt. ubi sup. Attamen id procedit circa sequestrum ipsarum rerum, quæ sint in lice, puta, mercium, vel animalium, vel etiam fructuum, ac aliorum bonorum, in quibus cadere valeat timor dilapidationis, vel deteriorationis pendente judicio, quod ita efflorum remanere possit; Secus autem ubi pendente lite in actione personali super debito, & credito, quod ex rationibus fo- ciali negoti, vel ex alia causa prætendatur, agatur, ut sequestro aliorum bonorum differentium colligantur, tunc etenim dicebam, quod non intrant termini sequestri, sed vel termini satisfactionis de judicio fisci, vel terminis affsecutionis judicii ob sufficienciam fuge juxta ea quæ habentur disc. præc.

Neutrum tamen in hac facti specie competere dicebam;

5 Non quidem primum satisfactionis de judicio fisci, quoniam hæc licet in iure cognita sit; Attamen in Curia prætestim non est in situ, sed recessit ab Aula, ut habetur dec. 326. n. 4. p. 2. rec. Buratt. dec. 398. num. 5. ubi add. lit. 4. cum concordantibus.

Minime alterum remedium exercibile videbatur, ex duplice fundamento; Primo scil. ex deficienti essentiali requisito certitudinis, ac liquiditatris crediti, quod esse necessarium habetur ait. præc. dum Farsettu prætendebat, sed, utique prætentio probabilem fumum præbatur, quod ipse potius in aliquo creditor remaneret, cum tamen sufficeret plures infinita, & recepta conclusio, quod ubi agitur de materia administrationis, seu debito pendente a calculis, a rationibus dati, & accepti, non potest quis dici debitor, neque creditor, donec sequatur rationum dictio.

Et secundum quod, ut advertitur cod. disc. præc. non conditur hoc remedium, quando debitor, inter tempus contractus, & illud, in quo istud remedium intenteret,

7 conditionem non immutaverit, ut in præfecti verificari dicebam, dum Farsettu erat in meliori statu nunc, atque attento etiam tempore contractus erat quæ forensis non possidentis stabili in Urbe, ubi eius mora erat accidentalis occasio negotiationis, & consequenter dici non poterat, quod debitor, vel contrahentis conditio, ita immutata esset.

His tamen non obstantibus, contrarium solutum fuit, atque mihi quamvis scribenti pro succumbente, resolutio non improbadis vita est, quoniam licet vera, sine regulis superioris infinita, attamen contractum non est iudicis arbitrium, ab eis, quandoque ex iusta causa recedere pro facti qualitate, ut plures practicari obtinui prætestim per Signaturam Justitiae occasione agendi, an ad instantiam debitoris, vel colligantis restribendum effet de appellatione cum clausula suspensiva, appositio tamen sequestri, vel alias affsecutio judicio, quod frequentius sequestri, ac facultis (atque cum tanta facilitate, ut forte absum redolere videatur) practicant S. Conf. aliaque Tribunalia Neapolis, ut infinitus supra in Neapolit. pignorum dec. 22.

Neque obstat videbantur dicti duo defectus; Non quidem primus illiquidatis, five incertitudinis, quoniam iste considerabilis est, ad effectum, ut decerni non possit mandatum pro ea summa, quæ sit in lice, & a creditori prætendatur, sed illi sit super fumum importare posit, tunc exitus magnam summam importare possit, Judge autem decernat affsecutionem pro aliqua summa moderata persona conditioni ita proportionata, ut sequestrum, vel impedimentum fibi notable prejudicium non aferat, quia nempe, seculi etiam impedimento, illos effectus fibi retentur effect, neque distracti necesse urget, tunc dicti arbitri interpositio prohibita non videtur; Ideo quod id non recipit certam regulam, sed pro facti, ac finiglorum causam qualitate, hoc arbitrium est regulandum.

Quoniam ad alterum requisitum immutata conditionis, 10 quamvis enim de tempore contractus, ac etiam initiatæ lites, ite effet forensis, ac pariformiter stabili in Urbe non habetur, attamen habebat domiciliū cum magno negotio ibi aperto, & introducto, quod pro magna cautela aquipollente possessioni stabili sufficiens videbatur, idemque dissolutio negotii, ac domiciliū deferto, cum transmigratione ad diversum Principatum, in conspicuo, magisque qualificato statu longè difficultioris conventionis, notabilis conditionis mutationem præferre dicitur, dum ita sequi dicatur mutatio status in detersus, ac in melius, spectato effectu; Ideoque ita dici non potest regulare juris, quæ certam, ac uniformem regulam ge-

neralem recipiat, sed potius facti, pro istius qualitate, & circumstantiis, ex prudenti, beneque regulato arbitrio practicanda.

**R O M A N A P R E T I I O F F I C I O R U M**  
P R O B E N E D I C T O G A S T A L D O

C U M N. G H E R A R D O .

*Casus disputatus coram A.C. credo sopus per concordiam.*

An, & quando creditor convenire possit debitorem in diverso loco, quam in illo contractus, vel definiante solutionis; Et incidenter, de fructibus compensativis pretii officiorum vacabilium, an debeantur, & quomodo; Et quid ubi illud convertitum sit in alium contractum.

### S U M M A R I U M .

1 **F** Acti series.  
Unde proveniant alterationes cambiorum.

3 De distinctione, an debitum convenitum in uno loco possit in altero.

4 Moribus amittit electionem.

5 Petitione excessiva debiti excusat a mora.

6 Creditor potest petere solutionem in alio loco, debito quo quidem.

7 An, & quando peti possit debitum ante diem.

8 An pro pretio officiorum vacabilium debeantur fructus recompensativi ad eandem rationem.

9 Si pretium convertitum est in alium contractum, seu alienus causam debet, non debetur amplius fructus recompensativi.

### D I S C . C X V .

**F**acta in Urbe per Gherardum Gaffaldo, venditione quorundam officiorum, pro statuo pretio monera, quod convenitum est, ut solvi deberet per litteras cambii in feritis marchatuum pro primis undinis Novarum, atque ad hanc conventionem normam Gaffaldo transmitente litteras pro solutione marcharum 306. Gherardus eas recipie noluit, ob prætestim, quod summa conventa pro dicto pretio importare deberet scit. 3160. marcharum, hujusmodi differentia cadere solita ob alterationem, quam in dies dictus fucus recipit, & ex qua alteratione resultant majora, vel minoria inter futura cambiorum, ut plures habetur in sua materia sub tit. de camb. Cum iraque ista discrepancya causa fecit alicuius temporis decursum; Hinc venditor emptorem pulavit coram A.C. ad solvendum dictum pretium in Urbe, una cum fructibus compensativis, qui exequitur text. in l. curdit C. de emp. per emptum debentem venditori pro pretio rei fructuaria, incertumque est, an judicialis determinatio sequuta sit, puto autem, quod potius concordia ei finem dederit.

In disputationibus autem defuper habitis duo crant puncti; Primo scil. super localitate solutionis, dum emptor ad formam conventionis prætendebat eam facere in dictis undinis, & in feritis marcharum, non autem in Urbe; Et secundum super fructibus meili temporis à venditore prætestens.

Quatenus pertinet ad primum; Juris theoria videbatur certa, idemque reducebatur quæstio, porius ad factum, per applicationem, quis nempe contendunt dicci posset mandatum pro ea summa, quæ sit in lice, & a creditori prætendatur, sed illi sit super fumum importare possit, Judge autem decernat affsecutionem pro aliqua summa moderata persona conditioni ita proportionata, ut sequestrum, vel impedimentum fibi notable prejudicium non aferat, quia nempe, seculi etiam impedimento, illos effectus fibi retentur effect, neque distracti necesse urget, tunc dicti arbitri interpositio prohibita non videtur; Ideo quod id non recipit certam regulam, sed pro facti, ac finiglorum causam qualitate, hoc arbitrium est regulandum.

10 Quoniam enim de tempore contractus, ac etiam initiatæ lites, ite effet forensis, ac pariformiter stabili in Urbe non habetur, attamen habebat domiciliū cum magno negotio ibi aperto, & introducto, quod pro magna cautela aquipollente possessioni stabili sufficiens videbatur, idemque dissolutio negotii, ac domiciliū deferto, cum transmigratione ad diversum Principatum, in conspicuo, magisque qualificato statu longè difficultioris conventionis, notabilis conditionis mutationem præferre dicitur, dum ita sequi dicatur mutatio status in detersus, ac in melius, spectato effectu; Ideoque ita dici non potest regulare juris, quæ certam, ac uniformem regulam ge-

tt. de eo quod certa loc. & l. cum quiffi de Jud. ut scil. si solutione in loco definito facta non est ex mora, seu culpa debitoris, posuit illi, etiam extra locum convenienti, cum etiam mora effectus, iste receneretur, ac alter privandi alternativa loci, quæ regulariter (cessante contraria conventione) est debitoris, qui tamen per moram eam amittit, ut cateris relatis advertunt Fab. de Anna conf. 95. par. tit. & conf. 54. num. 8. Rot. apud Buratt. dec. 287. add. ad Gregor. dec. 316. num. 3. in Auximana dotum 6. Februar. 1654. coram Bich. inter suas dec. 588. num. 29. Multo vero magis ubi debitor, qui posset ubique conveniri, conveniatur in foro dupliciter competente, domiciliis scil. & contrachus, cum tunc cesset omnis dubitatio, quæ alias in petitione indisciplina, extra provinciam cadere potest, ut in eisdem iuribus disponitur.

Hinc proinde, quæstio (ut dictum est) restringebatur ad factum, seu applicationem, quis nam scil. contendunt dicendum

cendus est in mora, idque pendebat à liquidatione, seu valuatione dictorum scitorum marchiarum attento eo tempore; Posito enim quod verè importaret summam minorem contentam in litteris, quas emptor factuo tempore, ac oportuni transmisit venditori pri dictis nundinis (ut bene justificari videbatur), ex parte Gafaldi emptoris, pro quo (scribem) exinde de plano refutabat, ut culpa tuisset potius creditoris petentis plus debito per quam speciem petitionis mora non contrahitur, quamvis accedat expresa, & formalis interpellatio Bart. & Imol. in *Liger solidum ff. de leg. 2. & ceteri plenē collecti per Surd. conf. 42. num. 6. cum spec. Rot. dec. 70. num. 11. post Merl. de pign. reper. dec. 228. num. 16. par. 9. rec. Et in aliis frequenter; Secus autem in caufo converto, quod verè debitus importaret summam à venditore præteritam; Ideoque decisio pendebat ab hoc facto, cujus circumstantia Gafaldi debitor potius affitabat, quod scil. verè tanti, & non ultra, attento eo tempore importaret debitum.*

Habita verò fuit hac disputatio, potius ex quadam legione honestatis, atque ut dignoceretur, quod non implementum non poenitentia ex defectu emptoris, qui cum debito punctualitate datum fidei implaverat, quodque indebita tuisset creditoris recusatio; De reliquo etenim hæc disputatio, modice, ac forte nullus operationis erat, quoniam ubi certes dies, adeo non duret dilatio conventionalis, unde proprieta sola quaestio reducatur ad locabilitatem tunc creditoris admittitum ad petendum à debitorum in uno loco solutionem altero definitam, facta deductione ejus, quod interest, magis in uno, quam in altero loco solutionem fieri, ex iis, que habentur supra in *Jamuen. discurs. 92.* cum ista aquitas, que respectu loci, vel etiam qualitas monetae admittitur, ubi alterius patris ius in nibilo defensum fuit, ut regula, uti, quod unu prodest, & alteri non nocet & difficultus admittitur in die, seu tempore, ut scil. creditor debitorum convenire non possit ante diem, quamvis auferat deductionem ejus, quod interest, cum id reputari soleat privilegium Fisci, vel Reipublica, ex iis, que in hac materia habentur deducta sub tit. decemb. disc. 14. (Quamvis etiam favore privati præclausum non sit Iudicis officium ex iusta causa hoc arbitrium interponere).

Quo vero ad alterum controversias punctum super fructibus; Deducabant scribentes proactore, circa substantiam, seu debitum dictorum fructuum in genere, ea quæ habetur plures deducta sub tit. de usur. ad materiam text. in l. curabit C. ad c. empt. quod scil. illi non debentur ratione moræ, sed ex aequitate, ne detur retentio rei, & pretii eodem tempore, & conqueuerit, ut iusta excusat non suffragetur ex iis plures deducuntur; Et quod taxam, seu quantitatem deducantur dec. 71.4. Seraph. n. 4. cum aliis, quod habetur actum sub tit. de Regal. disc. 17. super hoc puncto, an scil. pro pretio hujusmodi officiorum, per iurium vacabilium, debiti essent fructus recompensati ad proportionem fructuum ipsius officii, atque in contrarium ergo deducerent eadem ibi ponderata.

Vero advertebam, quod haec deducabantur ad superabundantium, atque extra causam necessitatem, cum neque fructus prædicti de iustitia debiti essent in genero, vel substantia, quod conqueuererit inanis remanebat inspeccio taxæ, vel quantitatæ, dum istud debitorum ex causa pretii conseruuerat in diversum contractum cambii adimplendi, in diverso loco, atque in diversa moneta, & conqueuererit cestibat dispositio text. in l. curabit ad terminos text. in l. empt. ff. de novat. cum concord. per Surd. conf. 369. num. 18. Cyriac. contr. 252. num. 52. Test. alleg. 16. Leotard. de usur. q. 27. man. fin. & habetur plures cod. tit. de usur.

Idque ex duplicatione; Primo scil. novationis, per quam juris ministerio lex fingit primum debitum ex causa pretii verè solutum esse, deindeque brevi manu denouatum eidem debitorum in diversam causam. Et secundo, quia ex diverso contractu cambii, vendorum lucrum, & forte maius, quam importent fructus recompensati, reportare poterat; Et conqueuererit eadem aequitas non patitur, ut pro eodem pretio duplicatum lucrum eodem tempore obtinere debeat, ideoque ex hoc motivo cestibat necessitas assumendi dictas alias inspectiones.

#### ANNOT. AD DISC. CXV.

A d materia conventionis debitorum in diverso loco, quam in illo contractus, conseruunt deducta sub tit. de Jud. disc. 9. n. 39. & 40. occasione agendi de citatione.

Scribentes ego pro Josepho creditore, dicebam (etiam in senu veritatis) quod admissa veritate d. dec. 348. par. 9. in ea-

4 su suo, & quæ ex meis primis laboribus forsan composita fuit pro amico, de tempore, quo accedendo ad Curiam pro negotiis concernientibus meum munus Vicarii Generalis in patria, adhuc indeterminatus eram, an deberem Curiam sequi, atque huic peccata occupationi me addicere; Adhuc tamen sequivocum manifestum erat in applicacione, quodque erat accipere quid pro quo.

Ad hoc equivocum autem convincendum, quod tamem cum bina, seu tripla acerba disputatione sequi non potuit, ut pragmatica abutum, adeo imperante attendendi decisio, ac doctrinas in littera, atque reputandi advocationi subtilitatis, & ratiocinia, illas distinctiones casum, qua pro congrua applicatione omnino necessarie sunt.

Advertebam, quod in Regno Neapolitano, quamvis re-

tineat tanquam verior opinio, ut publica instrumenta, cestibant partis exequitatio, vel statutis, ac legibus alias disponentibus, non habeant viam executivam, sed in judicio ordinario eorum implementum tractandum sit, quamvis accedit juramentum, quod aliquod majus robur obligacionis tribuit, plureque juris positivi defectus supplet, hoc tamem privilegium, ex veriori sententia non inducit, ut rejecta opinione Freec. & aliorum, ex Regnicol. firmant Galeot. 1. contr. 6. n. 3. Franch. discip. 1. 8. n. 5. & Rovit. super pragm. in rubr. de liquid. instrum. Itamque opinionem tenet etiam Rota, & Curia Romana, ut patet eisdem supra allegatis decisionibus, & passim.

Hinc proinde cipientes partes, ut conventa, prompte, & executive suæ habeant implementum, ac fortioriter effectum, solent eadem instrumenta minire cum amplissimis clauulis, & partis executivis, cumulo in idem plures species judiciorum executivorum, ut scil. liquidari, & inculari possint juxta formam ritus M. C. V. ac etiam habeant executionem promptam, ac paratam more obligationis penes acta, five apocarum banci, vel pensionum domorum &c. juxta verba registrata in ead. dec. 348. par. 9. rec. alias dec. 180. post Zacc. & juxta quam formularum, ac forte ampliore, istud instrumentum conceptum erat.

Praxis autem demandandi instrumentorum executionem, ibi duplex est; Una scil. ad formam dicti ritus M. C. Et altera in judicio simpliciter executivo in padorum, & clauilarum, dicta forma Ritus non servata, eo modo, quo judicium executivum, citra dictam formam, practicatur pro obligationibus penes acta, five pro litteris cambii, & apocis banci, cum similiis, ut in specie advertit Rovit. super pragm. in d. rubr. de Instrum. liquid. n. 12. ubi quod, aliud est forma ritus; Aliud vero judicium simpliciter executivum, eo modo, quo (ex gr.) in Urbe practicatum judicium executivum in vim obligationis cameralis, seu litterarum cambii.

Magna siquidem differentia est inter unam judicij specimen, & alteram; Ubi enim agitur de simplici judicio executivo, citra dictam formam, illud coram quocunque Judice tractari potest, etiam pro procuratore, vel cessionarium, neque opus est, ut instrumentum habeat illam solemnem formam probatoriam, quæ juxta Constitutiones Regni requiritur in alio judicio Ritus; Debitor autem, seu reus conveniens audit potest per procuratorem in suis exceptionibus, quarum discussio, seu examen pro earum qualitate, quandoque admittit foliis eodem admissim modo, quo in Curia sequitur in processu executivo in vim obligationis cameralis, & in Hetruria, ac alibi in vim Guarantigæ &c. atque de facili datur terminus in causa.

Forma vero ritus prædicti magis solemnis, ac rigorosa est, tam in creditore, quam in debitor; In creditore scilicet, qui in pluribus oneratur; Primo tempore ut habere debet instrumentum publicum in ea forma probanti, in charta scil. pergamenta subscriptum à Notario, & Judice ad contractus, ac duobus testibus litteratis, si est infra 12. uncias, à testibus vero si est supra, ut in sua materia sub tit. de Judic.

Secundo, ut si omnino liquidum, aliamque extrinsecam liquidationem non desideret, unde proprieat inolevit mos plures enunciatus sub tit. de dote disc. 261. & alibi, quod quando promittit dos in quantitate sub certis dilationibus fieri foliis quantitate à statuto laicali, qui incontinenti in eadem quantitate re constituti debitorum viri ex causa mutui, ut ita instrumentum remaneat liquidum, atque juxta formam incusari, seu liquidari valeat, quod practicabile de facili non est ubi agitur de instrumento dotali

Card. de Luca Lib. VII.

pro matrimonio contrahendo, quoniam debitus dicitur conditionale, quatenus scil. ipsum matrimonium contrahatur, ideoque oportet de illo docere per fidem parochi, seu alias probations, super quibus cadute diffricantes, an tanquam extrinsecas admitti possint, necne.

Tertio ista forma practicari non potest per procuratorem vel per cessionarium, sed oportet ut inculcatio fiat per ipsummet principalem creditorem, cuius favore debitor, ut ibi dicuntur, sit obligatus de facie ad faciem; Et quartò idem creditore in actu inculcationis instrumentum debet jurare illud esse verum, & liquidum, dum alias, ubi convincatur contrarium, ipse fuerit debet eandem pœnam, cui regulariter subxerit, de qua meum non est formiter agere.

Et converso autem, omnis debitor est, quod audiri non potest per procuratorem, sed citatus ad repondendum per tenore instrumenti contra ipsum praesentandi, ac liquidandi, tenetur in statuto peremptorio termino personaliter comparare, atque nisi de solutione, vel quietantia incontinenti doceat per aliud instrumentum æquæ liquidum, & in eadem forma probanti, in aliis exceptionibus non auditor, nisi in vinculis, vel facto deposito; Ac ultimus subscipit ponens. Fictio applicandæ ad rationem (scit. 1. o. pro centenario debiti, quæ pœna subrogata est in locum antiquæ corporalis amputacionis manus dextera pro delicto perjurii; Unde proprieat istud dicitur judicium criminalis, quod tractatur in Vicaria criminali, atque reputatur judicium famosum; Ideoque non admittitur ejus praxis profilo contra patrem, vel contra alios, quibus debita fit reverentia, ex iis, que nimis frequenter apud Regnicolos forma hujus Ritus tractata habentur, ac etiam d. dec. 348. p. 9. num. 37. sugg.

Merito autem Rota in dictis, ac aliis decisionibus damnavit hanc judicij formam in foro ecclæstico contra clericos, & ecclæsticos; Non quidem ex dicta ratione, quod si statutum laicale, cui clerici, quamvis volentes, non possunt se supponere, ista enim ratio parum congrua est, quoniam ubi id deducitur in padum, tunc judicium non provenit a statuto, sed à pacto, quod ita finalitudinari concepturn est juxta conf. 3. l. 2. Abbat. & habetur sub tit. de dote, & sub altero de successione ac alibi, ut prohibetur non si pacifici observantia alieci Statuti, cui contrahentes non sint subiecti, quoniam subiectio provenit à pacto, non autem à Statuto.

In hoc autem differunt lati subiecti illis ritibus, & legibus, ab ecclæsticis exemplis; quod cum laicis, & subiectis dicta forma practicari potest, quamvis in conventionem deductum non sit, quoniam sufficit, ut sit instrumentum publicum, cum dictis requisitis, ut apud Franch. dec. 336. n. 6. Prat. discip. 1. 5. n. 58. & 60. & admittitur per Rovit. dec. 343. num. 12. p. 10. rec. dum rigor emanat ab ipsa lege; In clericis vero, & exceptis, requiriunt pactum speciale, a quo, non autem a lege id provenit.

Vera igitur, & congrua ratio est, quod cum agatur de 18 judicio criminali famoso ratione perjurii, non debet practicari contra clericos ob dederint, quod non ordini resultat, ita que est vera ratio, ob quam merito ita determinatum est; Prout etiam S. Congr. plures damnavit tanquam illicitam dictam exactiōne pœna pro debito, que in illo Tribunal Nuntiatutæ, alitique Tribunalibus ecclæsticis 19 practicatur.

Applicando autem ad rem; Advertebam ut tunc præmisita recte procederent, quando dicta rigorosa forma servatur, ut servata erat in causa, de quo in d. dec. 348. par. 9. rec. & in aliis de materia agentibus; Sed ubi ea negligatur, atque creditor adhibeat alteram speciem simplicis judicij executivi ab ista differentem ut supra, tunc non videtur quid hoc prohibeat, cum amplitudine hujusmodi patitorum, & clauilarum, constet de voluntate Partium, ut procedat in judicio executivo per conventum observantium; Idemque id, quod ampliative conventionem est, explicando dictam magis rigorosam formam, collere non debet vim aliorum patitorum, & clauilarum, cum inducta ad ampliandum, ac ad maiorem cautelam, operari non debeant restrictionem.

Clarissim vero in his facti specie, quod debitor erat laicus 20 per clericos in minoribus conjugatus, unde proprieat, quidquid sit de puncto, a clericis non obstante, subiacet huius Ritus, alitique legibus laicalibus, attenta ea opinione, ut clericis coniugati gaudente privilegio fori in crimina libunt tantum, non autem in civilibus; Adhuc tamen potest dimittere habitum, ac se constitutere in statu laicali de tempore

tempore, quo cessa die, per creditorem convenientius erat, idemque nil prohibere videretur, ut convenienter de via, seu processu executivo, cumulantur plura iudicia, seu remedia, non unitiva, sed copulativa, seu disjunctiva pro statu perlone, & qualitate loci, in quo contingat debitorem à creditore conveniri? Ut puta, non solent Tribunalia laicalia in Regno Neapolitano admittere contra laicos iudicium exequitum obligationis cameralis; Et e converso non solent Tribunalia ecclesiastica admittere contra clericos, dictum iudicium in forma ritus, Sive in aliquo ibus regionibus non practicatur alter processus executivus, nisi ille ad formam garantie, cum similibus. Hinc proinde prudens cautela est, ita cumulare plures vias, pluraque remedia disjunctiva, seu disiectiva, ut adhi beri valeant pro contingibili statu, seu qualitate personae, vel loci, quoniam debitor tunc clericus potest fieri laicus, & e converso? Sive mutare potest domicilium ab una provincia in alteram, ut ita pro omni causa confluum remaneat?

Si etenim conceptum esset pactum simpliciter, ac inde finite, ut instrumentum haberet executionem paratam, unquam dubitandum non esset de pacti validitate in quo cunque statu, vel loco debitor reperiatur, ita nulla ratio prohibere videretur, deducere ad speciem plura, diversaque remedia in item redentia pro majori cautela, atque ad magis ampliandum dictum pactum, quodque id debet praedicare, quoniam plura remedia, seu iudicia intelligenda veniunt compatibiliter, & disiective, singula singulis congrue recordando; Ac propter non levem admirationem ex illius cause exitu concepi, ita experientio perniciiosissimos effectus ex moderno, pragmatico abusu resultantes, attendendi auctoritates, & decisiones in uno causa bene proditas, in sola littera generaliter pro quibuscumque aliis, non reflexendo ad diversitatem, seu congruam applicationem.

Plures quoque in Tribunalib[us] A.C. ac etiam in Signatura, disputare occasio dedit de altero processu executivo in dicta M. C. V. aliiisque laicalibus. Tribunalib[us] praticato, super executione obligationis penes acta, quoniam Curia Ecclesiastica in eodem Regno, ad instar eamdem praxis usurparunt, cum nimis inordinato rigore relaxandi mandata executiva, seu litteras exequitoriales ad formam creditoris incutientem, nulla debitoris, nec quidem unica citatione precedente, quod redolat absum manuscum, in punto juris nullatenus substantib[us], quoniam citatio quod substantiam est de jure natura, idemque per postriviam legem scripare, vel non scriptam tolli non potest, cum folium tolli possit ejus forma, vel solennitas ab ipsa lege positiva inducita, iuxta communem, ac receptum dictum, quae ceteris usitatibus. Veir. Gaddi, in prax lib. cap. 2. & lib. 5. capit. 1. Rovit pragmat. Ord. judic. Capye. Latr. decr. 188. num. 34. & seqq. Ror. apud Cavalier. decr. 396. & apud Buratt. decr. 118. in aliis frequenter.

Et quamvis Regnicola id referante juris principio, vero, ut id proveniat à calore iudicis, quoque in confusione coram Judice, aliae non sunt partes, nisi condemnandi, vel cogendi; Atamen fallacia est in applicatione, quoniam id procedit in ea confessione, que in forma, & calore iudicis coram Judice hat; Puta, quia ceteras debitorum Judicem ad folendum, atque à Judice interrogatus, an sit debitor, ipse pure, ac liberè fateatur, se effat, quoniam tunc alia citatio desideranda non est, regule dictum principium intrat; Male autem applicatur ad casum, in quo agitur de illa confessione, que fit per contrahentes in contractibus voluntariis in ipso contractu, adeòrum Actuarium gerat quamdam perlonam. Notarii conscientis instrumentum super eodem contractu, quoniam licet ex recepto, sive Actuari dicuntur habere quandoam generalem Judicem delegationem ad istos actus, qui coram ipsis Judicibus, ita init[us] dicuntur, atamen semper sunt actus voluntarii, non autem contentio iurisdictionis, atque super future adimplementum, quod medio tempore sequi, vel remitti potuit, si veliam accipere congruum exceptionem obligationis elidibilem; Ideoque omnis ratio, ac intentio utriusque naturalis, ac politica legis exigere videret, ut falso unicata citatio praedicta debeat; Nisi dicamus, quod congruit illud, medicorum aphorisma, quod magnis, & exquisitiis morbis magna, & exquisita remedia adhibenda sunt, ut scilicet pro conuentu debitorum non de facili eorum obligationes adimpleantur, sive ob dilatationes, & calumnias dari solitas,

congruat pro bono publico, ac publici commercii facilitate, & libertate, adhibere hujusmodi rigores, qui nulla prævia citatione pariter adhiberi solent in literis cambiis potestatis; Id autem utroque causa Romana Curia nunquam admittere voluit, ac propterea semper hujusmodi processus exequitivus, ita de facto irritati fuerunt.

#### ANNOT. AD DISC. CXVI. & CXVII.

D E iudicis executivis habetur *dicta tit. de Judic. disc. 42.* in qua no. 28. habetur remissive ad præsentem discutendum rito M. C. V. Neapolis.

Ex dicto obligationibus penes acta adverterit plures eos, ita *Signatur. disc. 9. num. 27. disc. 21. num. 11. disc. 23. num. 15. & disc. 42. num. 29.*

De præscriptione via executiva habetur *cod. tit. disc. 21. num. 10. & 11.* ubi de obligationibus penes acta.

De vulneratione autem via executiva habetur supra hoc *cod. tit. de Cred. disc. 64. 92.* ac etiam infra *disc. 124.*

R O M A N A P E C U N I A R I A  
P R O J O S E P H O P A N Z A N O .  
C U M M A R C H I O N E D E M A X I M I S .  
Casus disputatus coram A. C. & in Rota resolutus,  
ut infra, postea concordatus.

An, & quando creditor, per silentium 30. annorum, amittat viam executivam sibi alias competentem, que præscribitur; Et de ejusdem via executiva vulneratione resultante à sententia absolutoria, quando iniret, necne?

#### S U M M A R I U M .

1. *F* Abi series.
2. Congregatio Baronum abſinet, si Jūdex revocat, vel ſupendit mandatum.
3. *Reſolutio caue.*
4. Via executiva præscribitur per lapsus trīginta annorum.
5. Negue in hoc obſtat mala fides.
6. In Regno Neapolitanō hæc præscriptio inducit per minus tempus.
7. Non intrat conclusio, de qua num. 4. ubi defectus provinat à Jūdice.
8. Minime ubi capta est executio.
9. An, & quando sententia absolutoria vulneret viam executivam.
10. Sententia, revocatoria est appellabilis, ad servandam equalitatem.
11. De clausula cum facultatibus A. C. posita in commissione Rotali quid operetur, & an tollat vulnerationem.

#### D. I. S. C. CXVII.

O Brento per Jolephum majore ab A. C. mandato exercitivo contra bona hereditaria Lælii, eque exhibito in Congregatione Baronum, ut ad formam Bulla Baronum executioni demandaretur super castris, & bonis, quoniam iure primogenitura possedit per Marchionem de Maximis, post plures disputationes in eadem Congregatione habitas, super puncto, an idem Lucas tuerit possessor bonorum, & castrorum, & consequenter Rota, iuxta sententia, de qua in hac eadem causa *tit. de Feud.* ad materia dicta Bulla *disc. 99.* Praefati Marchionis defensores, agnoscentes substantiam non esse dictum pudentum in Congregatione assumptum, ut bellum diversum facerent, redicunt ad eundem A. C. vel luceforem in officio, pendent dicti mandati revocationem, ut sequitur fit mediante sententia absolutoria ab observatione judicis declarando viam executivam, creditori, alias competentem, utpare per silentium 30. annorum præscriptum, amplius non competere, unde propter ea sit executrix mandatorum à Judicibus ordinariis relaxatorum, quatenus hæc exequibilitate fit; Quæ interposita appellatione, & commissa causa in Rota coram Albergato, in congregatio habitu pro directione, egoscribens pro Actore, quoniam credere quod dicta sententia iniusta prodierit, agnoscendo tamen vulnus, quod ex ea resultabat, etiam in sensu, ut asseretur follium dubium in hopo iure, an scilicet constaret de credito, dum in isto pro certo speranda erat resolutio favorabilis, qua obtenta, cogitandum esset de reme-

#### De Credito, & Debito. Disc. CXVII.

diis accelerativis; Placuit tamen alii in item convocatis, contrarium concludere, ut feliciter stante referenti Signaturæ in commissione cum facultatibus A. C. ita, non obstante dicta sententia, auctior competenter processus executivus, idemque iuxta hunc fenum affumpio dubio coram eodem Albergato, an mandatum effet relaxandum sub die 29. Januarii 1661. ex dicto fundamento vulnerationis à me formidato, negativa prodiit resolutio, neque 3 causæ ulteriore progressum habuit, quoniam concordia ei finem dedit.

In disputationibus autem in ista causa habitis tam coram A. C. quam in Rota, duo fuerunt puncti; Primum recte super præscriptione via executiva per silentium 30. annorum; Et secundum super ejusdem via executiva alias competentes vulneratione à dicta sententia refutante, cum in meritis negotiis principali, nulla cadet disputationis, dum de debito confabat ex publicis instrumentis nullam pati- tientibus exceptionem.

Primus igitur punctus erat potius facti, quam juris, an scilicet confarcat, necne, de continuo silentio 30. annorum ex negligencia creditoris, ex quo dicta præscriptio refutaret; Et enim posito, egomet scribens pro creditore, admitembat juris conclusionem super dicta præscriptione, que cadere non dicitur super ipso debito juxta terminos textus in *Lomnes.* Et *I. Iust. C. de prescript. 30. vel 40. annorum*, sed cadit super ipsa actione executiva, seu verius super officio Judicis, ex quo processus executivus refutatur, juxta theoram Innocentii in *cap. fin. de exceptionibus*, cuius dictum notable reputat Baldi; ibidem, & sequuntur ceteri collecti per Mariani, in *prax. part. ult. tit. de exceptu sentent. num. 54.* & tenuit semper Rota, ut apud Achill. *decr. 5. de prescript. Martin. Ande. decr. 42. num. 7. plene decr. 1. num. 4. & 5. part. 7. recent. decr. 3. part. 8. Affl. convr. 49. n. 30.*

Neque in hoc intrant termini text. in *cap. fin. de prescript.* super impedimento præscriptionis durante vita principalis debitoris, vel etiam (juxta unam opinionem) illa primi hereditatione male fidei; Minusque ea, quæ habemus de restitutione in integrum, ex capite justæ ignorantie, vel ætatis, aut alterius impedimenti, competente adversus præscriptionem, quoniam hæc omnia percutunt præscriptionem ipsius crediti, vel actionis in negotio principali, non aut istud remedium, seu Judicis officium, ad cuius effectum, attendit sola negligencia de facto per tempus longissimum 30. annorum, quoniam vis agitur de obligatione camerali, vel quoniam alio pacto executivo, sive de litteris Apostolicis, etiam de executoribus vigore rei judicatur, de quibus propriè agitur *decr. 1. part. 7. recent.*

Hoc quinim in Tribunalibus Regni Neapolitani, hac species præscriptionis, facilis, ac cum breviori tempore inducatur, quoniam in obligationibus penes acta refutat ex solo silentio longi temporis annorum decem, & in instrumentis publicis, ne liquidari possint juxta formam Ritus, de quo agitur *discr. preact. lapsus 20. annorum obstat Rota tit. 182.* ut est receptissimum apud Regnopolis.

Ex facti tamem circumstantiis credebam dictam conclusionem non applicari, & scio quod eudem sensum habebat Rota, cuius resolutio unice inmixta fuit alteri morti vulnerationis, quoniam dicta conclusio fundata est in negligencia creditoris, quæ cessante, quia nempe creditor suas actiones direxerit, mora autem proveniat ex negligencia Judicis, vel ex impedimentis, ac protractionibus præstis à colligente, tunc talis præscriptio non intrat, quoniam ita executo effectu litigio, & consequenter remanet perpetua, attenta dispositione juris canonici, per quam instantia nunquam perit, ut apud Achill. *d. decr. 5. de prescript. cum concord. decr. 52. num. 25. & seqq. part. 12. recent. edita* in casu de quo sub tit. de dicto decr. 22. ubi de praecerto executivo instaurato post longissimum tempus fere unius seculi.

Et in his terminis utriusque limitationis potius, quam in regula verfabamus, idemque (reflexende etiam) ad solam veritatem dicta sententia absolutoria improbabilis visa est, quoniam creditor diligens fuerat in obtinendo mandatum executivum contra bona hereditaria debitoris, super quibus exequi non potuit ex defectu materie, quoniam ea non adherant, unde propter eadē oportuit dictam Congregationem Baronum pro extraordinario beneficio à Bula Baronum refutante, atque super hujus beneficii competencia furent moræ, ob impedimenta præstis à Baronum possefor castriu[m] jure proprio, indpendenter à de-

bitorre, negando qualitatem baronalem ejusdem debitoris juxta dicta *90. sub tit. de Feud.*

Et ulterius docebarum in facto, quod coepit effet exequatio mediante sequestro per dictam Congregationem Baronum apponi folio, unde propter eadem præscriptio celebat, ut apud Pen. *decr. 145. num. 7. dicta decr. 1. mo. 20. part. 7. recent. Carpenteraten. transactio[n]is 27. Januarii 1653. coram Bichio inter suas decr. 344.* idemque duæ intrabant limitationes, quarum una sufficiens videbatur.

Quo vero ad alterum punctum vulnerationis via exequitativa refutantis à dicta sententia absolutoria; Diebam scribens pro creditore, quod recepta, & frequens conclusio, quam defuper habemus, tam circa executionem obligationis cameralis, ac alterius processus executivi in propria, quam circa executionem litterarum Apostolicarum in spiritibus, recte procedit, quando sententia percutiat ipsius debiti, vel negotii principali, subtiliter nullat, cum tunc excepto causa nullitatis, vel iniustitia notoris, quæ nullitatem quoque causat, intret vulneratio sine dubio; Secus autem ubi percutiat accidentia circa ordinem processus, ac iudicis puta (ex gr. quia declarat litteras non esse bene justificatas, idemque exequitionem non mereri; Sive declarat mandatum esse male relaxatum; Aut instrumentum debiti non esse in forma probanti; Aut personam non esse legitimam, cum similibus, cum tunc nulla refutet vulneratio juxta receptam distinctionem de qua apud Pen. *decr. 700. num. 4. Coccin. decr. 78. in fin. Buratt. & add. decr. 329. in fin. Rota Censu 11. Marti 1652. & 4. Februario 1653 coram Cerro, Com. Beneficii 12. Maii 1659. coram Prioro, & in aliis; Et consequenter cum in hac facti specie sententia non percuteret negotium principale, neque subtiliter creditum, sed solum incompetentiam processus executivi, ita scribendo more advocate dicebant quod veritatem in secunda parte distinctionis.*

Verum refutendo ad veritatem, resolutio Rota super hoc punctum probabilis visa est, quoniam isto causa appellabili debitoris non provenientib[us] à dicta formalis vulneratione, sed à diversa ratione aequalitatis in iudicio fervande, quod scilicet; quemadmodum ipsi actori licetum fuit appellare à dicta sententia absolutoria, ita licetum esse debet re appellare à sententia revocatoria hujus sententia absolutoria, quæ cum firmer statum super incompetenti processus exequitativi, idcirco oportet eam tollere cum tribus consimilibus, vel cum tunc refutata, ut generaliter de quacunque sententia revocatoria, etiam eorum, quæ in processu exequitativo exequitionem habuerunt, receptum habemus ut apud Buratt. *decr. 37. in fin. & decr. 130. num. 11. decr. 5. part. 5. recent. add. ad Gregor. decr. 58. 1. num. 10. Gonzal. ad reg. 8. glori. 6. num. 202. & 208. Scacc. de ap. pellat. quest. 17. limit. 9. num. 38. & seqq.*

Alli pro hac parte Scribentes, sive in dicto congregatu convocati, admittabant hujus conclusionis veritatem, credentes autem difficultatem tolli per dictam clausulam communicativa facultatem A. C. per quam majoris partis Curialium opinio est, ut hic effectus refutet cuiusdam implicita circumscriptionis sententia, unde propter integrum remaneat iudicium exequitativum, perinde ac si causa iudicis ad eum, commissa esset ex integrō; Verum id continet aequi vocum, quoniam cum in Curia exequitativo obligationis cameralis privativa pertinet ad A. C. neque Rota in ea fit integrat, hinc proinde, ad effectum, ut causa commissa in Rota, possit ista dictam exequitionem dereliquerit, communiquerit dicta facultates A. C. quarum vigore ad eam procedit etiam ex integrō, suppositis tamen terminis habilius, quatenus scilicet iudicium non sit vulneratum, sed integrum, non tamen sanar vulnus, ut in specie adverterit apud Coccinum *dicta decr. 78. num. 9. & seqq.* Clarius vero ubi adscit clausula apponi solita, quatenus de jure & cum tunc effet omnis ambiguus, an Signature voluntarii computare caufam in Rota ex integrō cum facultatibus A. C. cum sensu feliciter, ut ita per quamdam magis modellam, ac implicitam circumscriptionem sententia, causa conferetur commissa ex integrō; Ideoque ista clausula potest esse operativa in casu quo sententia, quoniam tunc agat subtiliter sententia habenda sit pro non extante, cum labore virio illius iniustitia notoris, quæ aequi polleat nullitatem, adeò sententia refutante habenda sit pro non extante, cum tunc finis dicta clausula, neque posset Rota ex integrō di- tam exequitionem dereliquerit, dum ista facultas refutata ab ista clausula, vel ab altera si quidem exequendum, ut in sua materia sub tit. de Judicis.

ROMANA LIBERATIONIS A MOLESTIIS  
PRO DOMITILLA, ET ALIIS  
CREDITORIBUS,  
CUM ANTONIO.

Causa pendet in Rota indecisa.

De privilegio debitoris, ne conueniri possit ultra quam &c. Seu de beneficio deducto ne egeat, competente clericis, an ad instar, competat professoribus militariis ecclesiasticis.

### S U M M A R I U M .

- 1 F Ad series.
- 2 De obligatione creditoris dandi alimenta debitorum in carcere.
- 3 Etiam iudicet, & quomodo bode in his practicetur.
- 4 Distinguuntur puncti causae.
- 5 An milites Sancti Stephani sunt ecclesiastici.
- 6 Quod in suis in minoribus desiderentur requisita Conclii Tridentini.
- 7 Qualis sit habitus militum.
- 8 De ratione, ob quam etiam dictis militibus competit hoc beneficium.
- 9 An milites nostri temporis sint veri milites ad effectum privilegiorum.
- 10 Pro quibus debitis milites gaudente beneficio deducto, &c.
- 11 De exceptione hostica remissiva.
- 12 & 13 De incompetencia beneficii cap. Odoardus ratione doli, & qualis dolus requiratur.
- 14 In quo confusat peritus iudicium, Consulentum, & Advocatorum.
- 15 Quod aliud sit agere de hoc beneficio ad effectum, ut debitor non posse carcerari, aliud vero ad effectum reliquum congruum pro alimentis denegandam, si potest debitor aliunde videlicet querere.

### D I S C . CXVIII.

Postquam Antonius, tere alieno pressus, a creditorum directis, atque a promptis molestiis, asscuravit bona per eum posse, utroque judiciali autoritate, jure fidicommissi translata in Matthæum filium legatum, quamvis adhuc factus non esset eiusdem fidicommissi restitutori causa per disputationem text. in l. Imperator, ff. ad Trebellian. iuxta seriem, de qua sub. tit. de fidicom. dif. 170. Ut peritam quoque assecutare, tanguam miles Sancti Stephani, obtinuit in Tribunal. Vicarii, admitti ad beneficium deducto ex disputatione textus in cap. 1. Odoardus de solus extero in l. Miles, ff. de iudic. Unde propterea creditores, appellatione interposta, obtinuerunt causam committi in Rota coram Albergato, dictaque commissione sequita, habitus fuit Advocatorum congressus ex parte creditorum super cause directione.

In hoc autem congregati, ego eram in senatu, ut prius a summi debet puncus collusiva, ac indebita restituenda, nisi fidicommissi ex motibus, de quibus dicti. dif. 170. neglegto pro nunc puncto hujus beneficij, utroque nihil vel parum proficuo, quamvis nihil intereat obtineri determinacionem super ejus incompetencia, dum ita debitor nil possit debet, ejusque carceratio creditoribus potius damno fa esse potuerit, ob nimiam (forte perniciem) aquitatem, cum qua Romana Curia procedit erga debitores carceratos, condemnando creditores ad eis supeditandum alimenta, & quam exequitatem servandam esse eis que erga iudicis a creditoribus Christianis, determinata est. vit. Rota decif. 269. part. 4. rec. 109. 2. ut advertitur incidenter sub tit. de seruit. dif. 70. occasione agendi de articulo, an Iudei dicant cives, atque gaudent omnibus privilegiis, etiam iis, quae ab exequitate emanant contra Christianos. Quamvis circa hunc punctum alimento Urbanus VIII. providerit, ad id obligando corundem hebraeorum universitatem, ut advertitur sub tit. de usur. dif. 6. Quia tamen alii (qui omnes erant seniori) contrarium videntur est, hinc proinde assumpto hoc punto, in bina disputatione deliquerit habita, nulla capta fuit resolutio, quae pendet.

In his autem disputationibus, duo fuerunt puncti; Primo scilicet, an dictus professor ecclesiastica militia, sub eius nomine veniret, atque clericalibus privilegiis

gauderet, adeo ut sibi congrueret dispositio dicti text. in cap. Odoardus de solus. & cap. pervenit de fideiussor. Ec secundum, an excluso hoc beneficio, idem effectus resultaret ex dispositio dicti alterius textus in l. miles, ff. de iudic.

Quatenus pertinet ad primum; Quamvis ego scribens more Advocati ad causas opportunitatem, deducere ea, quae deducta habentur sub titulo de Jurisdict. dif. 92. super questione, an hujus militia professores dicendi esent persona ecclesiastica, probando negativam, ibi quoque ex illius causa circumstantis firmatam; Attamen reflexendo ad veritatem (ut ab initio in dicto congreffato motivabam) contrarium verius in Urb. & Statu Ecclesiastico esse credebam, quoniam ut adveritur codem dif. 92. de Jurisdict. & alibi, in hac materia vimium defertur observantiae, quae in Statu Ecclesiastico, juxta aliquas declarationes Sacrae Congregationis Immunitatis, istis militibus assister videatur, ut adveritur etiam sub tit. de Regal. dif. 84.

Decubant quoque alia motiva, de quibus agitur dif. sequenti, super incompetencia hujus beneficij in clericis constitutis in minoribus, potissimum vero concurrentibus tribus requisiti praepositiis a Concilio Tridentino siff. 23 de reformat. cap. 6. quodque propter etiam milites, iure laicorum viventes, ac incidentes in habitu faculari, in altero ab aliis laicis non discreti, nisi in gestatione signi hujus militia, non debet esse melioris conditionis, quam clerici in minoribus, quibus hujusmodi militarum professores, qui solemnia vota regularia non emittunt (ut faciunt professores militis Sancti Joannis Hierosolymitanus) impripiore assimilantur, & ne sit melioris conditionis exemplum, quem exemplar.

Verum pariter de motibus dubitabam, quoniam ex dictis dif. sequenti, verius est, ut etiam clericis in minoribus istud beneficium conperat; Et quod incessum in habitu, sufficeret videatur habitus militaris, eo modo, quo incedunt milites, quando resident in ipso majori Conventu Pisano, sive in triremibus, vel in expeditione, cum insitum exercendo; Et consequenter, quod exceptio motivo doli, de quo infra, quod omnibus clericis etiam in sacris est communis, nimirum dubitandum era; Potissimum ponderante eorumdem Canonum ratione fundata in praedictio, seu delectore torus ordinis clericalis, ista quoque ratio bene congrue videbatur, pro dedecore, seu praedictio totius ordinis militaris, qui fatem ratione, obseruantiae, & communis opinionis, in hoc Principatu, reputatur verè ecclesiasticus.

Quovadis alterum punctum beneficij restitutum ex qualitate militari juxta terminos dicti textus in l. miles, ff. de iudic. inanis labor videbatur utroque vel agere, quatenus probabilitas videbatur, ut ex premissis locis esset dicto tutori, ac ampliori beneficio clericali; Et nihilominus, pro confuso improbo Jurisdictum labore, (frequenter circa necessitatem, seu causa punclo) cum copiosissimi allegationibus hinc inde disputata fuit quodque infinita sub titulo de testamentis dif. 82. occasione agentis de materia testamento militaris, & de qua ceteris relatis agunt Apot. de post. Progr. tit. de assens. reg. 5. 7. num. 41. Christophe. de re militari. cap. 44. & alii relati per Rotam. dif. 150. part. 12. recent. an scilicet milites nonnulli temporis gaudent, necne, antiquis militum privilegiis, & an eis congruerent ea, quae de militibus Hierosolymitanis, ac aliis sub formalis obedientia Magni Magistri viventibus, habentur apud Apone ubi supra, Castagn. hoc trad. de benef. deducit &c. qu. 8. Scannat. de visit. carcerat. lib. 3. cap. 6. num. 31.

Vere liquident iste labor inanis erat, quoniam; Aut hujusmodi militibus iure clericorum confidens, atque ob rationis identitatem, congruebat dictum clericale privilegium, quod refutat à cap. Odoardus, & cap. pervenit, & tunc frustra de hoc altero privilegio agebatur; Aut vero dictum clericale beneficium non intrabat, adeo militare solum competere, & tunc neque istud suffragabatur, quoniam receptum est, ut istud non inter nisi pro debitis contradictione occasione militaris, sive dum sunt in castris, vel in expeditione, non autem pro iis, quae contracta sunt, evagando per mundum, aut pro causa meri privata, seu paniganica in privatibus dominibus, privatorum iure vivendo justa glori. in eadem l. miles, quam sequitur Alberic. Odoard. Bart. & alii, ut apone ubi supra num. 42. Castagn. dicto cap. 8. fallent. 1. & 3. Scannat. dicto lib. 3. & 7. cap. 6. num. 23. Nisi carceratio pro illis debitis praedictum

ciuum inferret Principi, vel Ducis militis, ut milites in occasionibus belli promptos haberet, & sic quando causus contingeret iusta terminos exceptions hostiar, de qua Graff. de except. cap. 3.

Unicum igitur motivum, ob quod (etiam in sensu veritatis) in hac facta specie credebam, ut istud beneficium non competenter, erat illud doli, non quidem presumpti, ac resulantis ex eo, quod debita imprudenter, & sine iusta causa contrafacta erent, juxta aliquorum inscripturas, de quibus discur. sequenti, (super quibus tamen aliqui Scriptores pro hac parte, nimirum infelibant) sed ex dolo vero, qui definit videbatur evidenter ex voluntaria affectata legitimatione futili naturali, ut ita declararentur fideicommissum subjecta ea bona, quae alias remanserint libera, & creditoribus affecta; Et fortis ob aliam collusivam fideicommissum preventivam restitutio ex affectato motivo dilapidationis juxta terminos dicti textus in l. Imperator. ad Trebell. cum vere, nec de facto, nec de iure nisi terminali intraret præsternit in prejudicium creditorum ex insinuatis dif. 170. de fideicommissis.

Potito etenim dolo vero deducto ex actibus calide, ac studiosè præordinatis ad creditorum exclusionem, ac fraudem, intrat de plano exclusi hujus beneficij ex deducere 13 per Caftagn. dicta. quæ. 10 fallent. 2. n. 1. Bellert. discur. clerical. tit. decret. decret. 8. cap. 3. num. 4. Scannat. d. 6. 9 cap. 3. num. 15. & 16. ubi exemplificat plures modos, ex quibus dolor resultert, ac probetur; Atque tenut tempore Rot. apud Caputrag. dif. 278. p. 1. & 183. part. 3. apud Royas. dif. 45. 7. repetit post Caftagn. dif. 12. cum alius latet per Addent. ad decif. 16. num. 36. & seqq. part. 8. rec. & post has disputationes dictum fuit in decisione edita in casu, de quo dif. seq. & patet etiam ex decisionibus Putei expensis in alio dicto post sequentem.

Ad hunc igitur effectum, creditoribus magis proficuus simili videbatur (a revera sufficit) supra infinitum meus sensus, primò scilicet infiniti super retractione eorum, quæ super fideicommissu collusi vel inter patrem, & filium gesta erant, cum ita probatus remaneat dolus, quo concurrente omnis dubitatis celabat, sive de uno, sive de altero beneficio ageretur; Et fortis quia, ut supra adveritur, præcipuis punctus erat in bonis, super quibus executo fieri posset, non autem in exclusione hujus beneficij pro debitoris carceratione, quae creditoribus potius damnifica, quam proficia in Urbe esse solet.

Hinc proinde edocendum, quod in profitentibus forum tam in iudicando, quam in consulendo, atque causas defendendo, major peritia consilat, in applicando congrue acti passivi, beneque dirigidere causas, ac deducendo, & eligendo motiva magis proficua, & stringenda, non autem in resplendo cum improbo labore inaniter chartas, cum superfluis conclusionibus, & regulis, adiudicando super eis etiam notorios copiosas allegations transcripsas ex repetitoris, ut modernus pragmaticorum vulgus facere profutetur, sive inde vulgus lassat, & opat, cum erudivit, ac litteratorum riu, istiisque legalis facultatis contemptu.

Ponderabam quoque in idem, quod faciliter parum oportunum erat istam quæsiōnem afflumere, quoniam, aut agitur de hoc beneficio ad effectum, ut eo denegato, debitor potest in carcere derudi; Et hoc non expedit creditoribus ut supra. Aut ad effectum, ut ex bonis congrua portio alimenti restinenda esset; Et hoc de iustitia competit, petere non debet, licet mal in contrarium ferat, qui potius abusus nomen meretur, ) quoniam praeternit in Urbe, etiam clerici qualificati, ac nobiles viri hujusmodi, in militari, etiam illius Sancti Joannis Hierosolymitanis, citra hujus gradus praedictum, promptas habent occasiones familiaritatis Cardinalium, & Magnatum, unde congruum videtur parere possint; Ideoque nulla, nec legalis, nec humana ratio fuadere videatur, cur vitam octofam, atque frequentius vitiosam, creditorum lumpum ducente debeat, quo pro mero iudicio, nil absurdius, nihilque detestabilis; Absurdius vero, ac detestabilius est id, quod enunciatur dicto dif. 170. de fideicommissu circa adeo privilegiata alimenta ipsiusmet, qui debita culposa, ac luxuriantio contraxit &c.

A N N O T . A D D I S C . CXVIII.  
A D D I S C . CXXII. inclusiv.

Agitur in his disputationibus de beneficio deducto, ne egeat, & aliquo respectu Clericorum videri poterunt in ann. ad s. 11

C. T. dif. 24. m. 33. & 34. sub tit. de Dote discurs. 59. in finalib. Decisio enunciata in dif. 119. est impressa decis. 207. part. 15. rec.

ROMANA BENEFICII DEDUCTO &c.

S E U C A P . O D O A R D U S  
P R O F R A N G I S C O  
C U M P A U L O .

Causa disputata in Rota, & resoluta pro Paulo.

De eadem materia beneficij deducto &c. competente clericis ex cap. Odoardus, an locum habeat in debito proveniente ex causa administrationis; Si ve ubi alia debitoris culposum dici valeat; Et an hoc beneficium competit clero in minoribus, praesertim conjugato; Et quid in debito contracto cum obligatione camerale

### S U M M A R I U M .

- 1 F Acti series.
- 2 Resolutio causa.
- 3 De probabili fundamento resolutionis, & n. 8.
- 4 De ijs tige in Curiakibus.
- 5 Quod non de facili hoc beneficium admitti debeat.
- 6 De differentia inter nostra tempora, & antiqua in hac materia.
- 7 In quo solum dictum beneficium debeat practicari.
- 8 De bonis fundamentis resolutionis causa.
- 9 De aliquo abusu circa decisio.
- 10 Quod pro debito ex causa administrationis non competit hoc beneficium.
- 11 12 13 Reputatur, & quis sit auctor opinionis; expenditur dictum Ambaran.
- 14 Doctor quam opinionem tenere dicatur.
- 15 De codem, de quo n. 11. & 12.
- 16 Quando propriè procedat conclusio, de qua n. 10.
- 17 De scilicet clericis probabilitate, quando procedat.
- 18 Differunt iureos a ministris subordinatis.
- 19 An clericis conjugati gaudent hoc beneficium.
- 20 Obligatio camerale tollit hoc beneficium, & quando competit.
- 21 Quando dicatur adesse dolus, vel culpa, que hoc beneficium privet.
- 22 Ad quid confidatur debeat, an debitor provenient ab infortunio, vel a culpa.

### D I S C . CXIX.

Deputato Franciscus procuratore ad exigendum nominum de debitorum, alioquin effectus hereditarios N. Possoni in Urbe defuncti, ad commodum Pauli pupilli eju*hereditatis*; Cum ex concordi rationum disputatione sequatur, cum nono procuratore, remaneret debitor seutorum i. 200. circiter, per apocam, confusa obligatione camerale vallatum, promisit dictam summam solvere intra certum terminum, quo elapsi, pulsatus ad solutionem, optione de beneficio, deducto ne egeat, sibi tanguam clericis conjugato competente, atque sententiam in Tribunal. Vicarii desuper reportavit; Introducta vero causa in Rota coram Oztrala, datoque dubio, an dictum beneficium competit, sub die 5. Marci 1668. negativa prodiit resolutio, neque (quod sciam) causa ulteriore pro grexsum habuit, forsan concordia ei finem dedit.

Resolutio mihi licet pro Francisco scribenti, ex facti qualitate, ejusque particularibus circumstantiis, reslependo ad veritatem, non improbabilis visa est, praesertim ob non bene justificata paupertatem, ac etiam quia tractatur de clericis in minoribus conjugato, qui potius scilicet figuram faciebat, possimne quia ex proprio sensu, ac genio, hujusmodi debitorum configuratio perpetuo abhorret, quo pro mero iudicio, nil absurdius, nihilque detestabilis; Absurdius vero, ac detestabilius est id, quod enunciatur dicto dif. 170. de fideicommissu circa adeo privilegiata alimenta ipsiusmet, qui debita culposa, ac luxuriantio contraxit &c.

Jurid. dif. 93. verificari non videtur ratio text. in capit. Odoardus, de decore scilicet universo ordine refutantis, dum ob clericorum praefertur in minoribus nimil frequentiam, forte ulque in abusum, etiam ubique, eadem rati, ubi non agatur de clericis constitutis in conspicua dignitate, urgente non videtur; Ideoque magna differentia est inter hodiernam tempora, & illa, in quibus prodit dicta Decretalis, quando circa manuum impositionem, atque clericis-